122

* * * * *
* * *

Magno
Reipublicæ Thorunienſis
ATLANTI,
Reique Gymnaſticæ Præſidio,
Viro olim Magnifico, Nobiliſſimo, Ampliſſimoque

DOMINO
DN. GEORGIO HÜBENERO:

PRÆDICTÆ REIPUBL. PRÆ-CONS. ET BURG-GRABIO REGIO, UT ET GYMNASII PROTO-SCHOLARCHÆ,
PATRIOTÆ,
Cunctis Officii ſui partibus inſigniter merito,
a. d. XI. Novembr.
Anno Orbis Redempti M. DCC.
rebus humanis placide exemto, & die XXI. ejusdem Menſis
in Templi Mariani Cryptam
ſolenniori Funere efferendo,
IUSTA PERSOLVERE VOLUERUNT, DEBUERUNT
Gymnaſii Thorunenſis
RECTOR, PROFESSORES PUBLICI,
& Collegæ.

E Chalcographeo Thorunienſium.

1213

* * * * * * * * *

Die umb das Vaterland sich wolverdienende Geschlechter
gehen / ebenfalls wie die Sternen / auf und unter.
Gebohren werden / und wieder sterben / sind der Menschen gewisseste *Fata*.
Jenes zwar niemals ohne Freuden ; dieses / selten ohne Trauren.

Edles Thoren!

Das letztere wiederfährt nun auch einem von deinen Edelsten Geschlechten!
Ach! wie vergnügt warestu vor hundert und funfzig Jahren /
Als der erste Stern der Hübnerischen *Familie* deinen Horizont beleuchtete!
Aller *Affecten* Finsternüs wurde in eitel Licht / alle Furcht in Hofnung /
verwandelt.
Du sahest damals schon von weitem /
der helle Glücks-Tag würde nun viel länger / als die trübe Unglücks-Nacht /
tauren.
Du hast gewiß auch nicht übel gesehen.
Der Edlen Hübener Bemühungen haben in allen anvertrauten Aemtern /
Ihre Rathschläge in allen Fällen /
Dir wol angestanden.
Der Stamm-Vater der Thornischen Linie / Herr Jacob / legte seine gute probe
anfangs in Kirchen- hernach in Gerichts-Sachen / ab.
Dort schiene er der Religion die Freyheit / hier der Gerechtigkeit das Ansehen /
wieder zuzustellen.
Bey dem *Gymnasio* nachgehends und im Schöppenstul suchte Hr. M. Johañes /
im Predigt-Amte / so hier / als anderswo / Hr. *Nicolaus* der jüngere /
im Rath-Stule obbemelter Hr. Johannes / und nach Ihme Hr. *Nicolaus* der ältere /
sich wol verdient zu machen.
Ihres Stamm-Vaters Exempel war Ihnen an stat eines heiligen Gesetzes.
Ein Hübener seyn / und sich nicht Hübnerisch / das ist Patriotisch /
aufführen können /
das wolte Ihnen gar nicht anstehen.
Leider aber! der Vornehmste unter Ihnen /
der alle seine *Ascendenten* an hohen *Meriten* weit übertroffen /
der muß nun ohne Männliche *Descendenten* den *Periodum fatalem* beschlüssen.
Mit *Tit.*) Herrn **George Hübenern**
(Deme diese Ehren-*Statua* zwar in spätem Alter / doch noch allzufrüh /
gewiedmet ist /)
muß hinwiederumb dis wehrte Geschlechte / mit diesem zugleich der Leit-Stern
*Extemporali*scher *Resolutio*nen / untergehen.

Der Edle Herr Burggraf /

der GOTT und dem KOENIGE treu seyn vor seine Religion hielte;

Der kluge Herr Burger-Meister /

deme es bey guten Zeiten an Rathschlägen / in Gefahr am Ansehen und Muth /
niemals ermangelte;

Der Vorsichtige *Director Rerum Ecclesiasticarum*,

der / wie durch andere Dinge / also durch beförderung der Kinder-Lehre /
sich bey allen Guten einen guten Nahmen erworben;

Der wolgeneigte *Proto-Scholarcha*,

der durch sein auswendiges *perori*ren im *Gymnasio* sich die Gelehrigkeit /
durch seine Väterliche Vorsorge / alle Gelehrten daselbst /
zu ewigen Schuldnern gemacht;

Der

der muß die preißbare Gelegenheit/
in oberwehnten stücken vor die Vater-Stadt fernerweit zu sorgen/
(und dadurch seines Geschlechtes Ruhm fortzupflantzen/)
denen andern Edelsten Herrn Burger-Meistern überlassen.
Mit wenig Worten:
Der ehmals manch Kummer-todtes Hertze von neuem wieder aufgeweckt/
der muß nun leider! selbst des Todes Opfer werden!
Hochbetrübtes Thoren!
Es ist mir leid umb dich!
Sothane theure Männer werden nicht alle Tage/
solche treue Geschlechter nicht alle Jahre/
gebohren.
Die Natur theilet das feineste gar sparsam aus.
Ihr Abgang mag auch so wenig/ als der Wandel-Sternen Untergang/
ohne grämen angesehn werden.
Der Mensch kan sonst viel wiedriges/ den Wechsel aber seines Wolstandes
nicht wol/ ertragen.
Jedoch Getrost!
Es gehet in der Welt nicht anders her.
Steigen und Fallen sind der meiste Inhalt unserer Historien.
Die *Respublic* selbst/ wie bekant ist/ stirbet nicht;
allein! eine Person schwinget sich empor/ die andre sucht den Weg zum Grabe.
Die Edlen Hübener sind leider! nun dahin! doch mercke es:
Ihre Tugenden leben annoch in denen jetzlebenden Edlen Raths-Geschlechtern.
Wirstu auch (als ich hoffe/)
so wol diese wolverdiente Todten/ als deine annoch hochverdienende Lebenden/
jene mit herrlichem Andencken/ diese mit heiligen Wünschen/
ferner zu beseeligen belieben tragen/
so wird es endlich an statlichen Rathgebern Dir niemals fehlen.

Durch Danckbare Erkäntnüß treuer Verdienste werden dann und wann neue *Patrio*ten erwecket.

**
*

Aus sonderbahrer Schuldigkeit gegen den Seeligen Patron
wolte diese Ehren-Zeilen Ihme zustätem Nachruhm
aufsetzen
M. George Wende.
Rector.

MOrtuus est iterum PRÆCONSUL Thoruniensis,
Dictator sapiens, Burggrabiusque simul.
HÜBNER, qui multos URBI feliciter annos
Præfuit, egregiè profuit atque Scholis.
Restituit collapsa, suo dedit atque vigori,
Mæcenas noster munificusque Pater.
Hinc meritò Illius mortem deflemns acerbam,
Tundimus & lacrymas corde diente pas.

 Dignus

Dignus honore isto tantus Benefactor & altor
Musarum, patriæ tantus & Urbis Honos.
Plangite Castalides, Charites ululate, *Patronum*
Lugete, abjicias tristis Apollo lyram.
Plangite Vos Urbis Proceres, Plebs, sangvine Juncti,
Plangite flebiliter Curia, Templa, Scholæ.
VIR pietatis amans inter pars optima Cives
Is fuit, Hunc docuit volvere Jura Themis.
Ohe Pater Patriæ, fulcrum, decus atque Corona,
Siccine crudeli morte necandus eras?
Dicite VOS, ubi nunc Vester sit Amicus, Amici?
O mors! ô planctus! proh dolor! ô lacrymæ!
Ast quid opus tot lamentis, tot fletibus, eheu!
Quid juvat evulsis exululare comis?
Annon una manet sors inviolabilis omnes?
Quod nunc est HUBNER, Nos quoq; post erimus.
Morte fugat mortem, vitam moriendo reportat:
Hunc tenet Elysiis aura beata plagis.
Cœlicolas inter CHRISTUS Salvator Eundem
Ambrosiâ pascit, Nectare potat Eum.

Condolens apposuit
Wenceslaus Johannides,
Gymn. Thorun. Prof. Publ. & Visit.

GAudia Martini totam celebrata per urbem
Tristitiam nostræ concinuere Scholæ.
Curia quæ sensit quam plurima damna doloris
Ex obitu Magni Magnificique Viri;
Ædes privatæ quantas sensere querelas:
Non est, ut multis tristia verba loquar.
Urbis cum fulcrum, cum firma columna domusve
Concidit, extemplo magna ruina patet.
Hæc ego nunc aliis caute memoranda relinquo
Et trado tacitis excutienda foris.
Gymnadis ast nostræ facies ploranda videtur,
Cum nostris oculis Gymnasiarcha perit.
Quem tamen infixum fas est retinere medullis,
Ne pereat tanti lausque decusque Viri.
Ille Scholæ nostræ suffulsit Commoda sponte,
Et juvit Musas dexteritate sua.
Fulmina rixarum trucium procul esse volebat,
Tranquillæ pacis fœdere membra ligans.

Præmai

Præmia constituit curis promptoque labori
Doctorum: nunquam justa negavit eis.
Sed cum Magnifico Consorte Salaria solvit,
Commoda promovit promptus ubiq; Scholæ.
Ille Catechismi jussit fundamina tradi
In Templo teneris pectoribusque piis.
Viribus haud fractis, præsens Auditor eorum
Et fuit, & fidei multiplicavit opes.
Hæc benefacta Viri nunquam reticenda colemus,
Ossa tener sensim Spiritus usque teget.
Non Chartis, non marmoribus, nigrisve tabellis,
Figimus, ast menti talia facta piæ.
Ipse per ora Virûm volitabit vivus, & illa
Nomen inextinctum post sua fata ferent.
Interea DEUS ex alto prospectet Olympo
Rerum confractas mœstificasque vices.
Soletur Viduam cum Nata Sangvine clara
Et Neptem auxilio protegat ipse suo.
Templa, Scholas, Urbem defendat robore sancto
Quemque hominum dextre gratia dia tegat.
Tu vero dilecte DEO, Regiq;, Scholæque,
E manibus nostris accipe triste Vale.

Ultimum officii debiti Genus exsolvit
M. Martinus **Böhm.** *PP.*

IN VIRUM
GEORGIUM HUBENERUM,
PRÆCOS. THORUN.
ipso S. MARTINI festo extinctum.

Io Pæan! Io Victor! Io Triumphe!
MARTINUS GEORGIUM,
Præconsul Syriæ, Præconsulem Prussiæ,
Miles CONSTANTII, AUGUSTI Burggrabium,
Comes Bellonæ, Comitem Astrææ,
ad gaudia plusqvam Martiniana provocat.
Juvat mores & studia utriusque conferre.
Pares ambo virtute & rebus gestis;
Dispares Civitate & nascendi sorte.
MARTINUS e Pannonis Conterraneus nostras,
ex Ethnico, CHRISTI Ethicus,
Imperatoris Triario, Servatoris Tyro;

Vix

vix Catechumenus, iam Christianus:
GEORGIUS in gremio Ecclesiæ editus,
Catechismi elementa, heroico probitatis suæ axiomati adjunxit.
Nihil Martium in MARTINO, nisi nomen,
in ferreo Martis seculo aureus:
HUBNERUS mores aculeato cognomine expressit,
in aureo Pluti seculo ferreus.
Dic uter pretiosior?
Eminebat in MARTINO ingenium fervidum & remissum:
in NOSTRO acre & festivum.
ILLI judicium masculum & firmum,
& tamen ad misericordiam flexibile:
HUIC solidum & constans,
& ultra constantiam tenax.
Laudatur MARTINUS, quod e Castris ad Cellam profugerit,
ut olim e terris Astræa in cœlum:
NOSTER, quod relicto Mercurio, Minervæ se consecraverit.
Lætissimo eventu, latissimo proventu!
MARTINUS apud THURONENSES Galliæ ad Episcopatum evectus,
odia & dissidias Monachorum sopivit:
PRÆCOS. NOSTER lites & discordias THORUNENSIUM restinxit,
scissam CHRISTI tunicam connexuit.
ILLE Ecclesiæ navem, Arianismi tempestate vexatam,
modo obnitendo, modo remittendo, in portum flexit:
HIC Reip. clavum nunc vi retinendo, nunc obtorquendo rexit.
ILLE fortunæ undas, ut arena, cedendo elusit,
NOSTER renitendo, ut scopulus fregit.
Studuit ALTER Comiti suo S. HILARIO similis ubique esse:
HIC omnium Antecessorum virtutes in se depingere.
Exhibebat ILLE fidelitate Mosen, zelo Eliam, pietate Davidem:
NOSTER consilijs Briareum, constantia Pisonem, actione Taciti Labeonem:
Cato Civibus, Hercules Nobilibus.
AMBO Magnifici,
ILLE, Chlamyde discissa in pauperes, pacis Principem vestiendo:
HIC, spreta utilitate privata, suum cuique reddendo.
MARTINUS opes in Scholarum alumnos erogavit:
Et NOSTER discentium studia fovit, docentium salaria auxit.
UTERQUE affectu & mansvetudine cultum quæsivit:
nam qui uni sibi arrogat omnia, in periculo,
qui cæteros contemnit, in odio est.
AMBO, procul ambitione, ita usi sunt potestate,
ut Patrem in Iudice, amicum in Domino sisterent;
pulcherrimi coloris purpuram rati,
quæ suo horrore nemini ruborem excutit,
nisi quando duro nodo, durus quærendus esset cuneus.
Non ILLIS Sinon in fronte, Ulysses in pectore,
sive humana tractarent, sive divina:
nam pudebat mendacij, quod veritas tandem evertit.
Ridebant homines ad servitutem paratos, Jovis sandalia.
Detestabantur eos, qui ex aliorum confusione, nomen quærunt,

aut

aut ex contentione, gloriæ messem appetunt:
gnari bene, contemnentes neminem, honorari ab omnibus;
Contra, secum natam & morituram Remp. putantes,
cunctis intolerabiles esse, & omnium plausu efferri.
Ita Biga hæc DEI MILITUM, MARTINUS & GEORGIUS,
mira facilitate cunctos sibi devinciebat,
armis minisque neminem, nisi solam mortem in se irritabat.
Dolendum ergo fatali ense peremtos.
Et hinc illæ in Curia lacrymæ! Hinc ille in Schola luctus.
Sed fallimur!
Exultandum potius, quod triumphum de mortalitate egerit NOSTER,
& Capitolio æternitatis illatus fuerit.

Io Pæan! Io Victor! Io Triumphe!

PAULUS PATER,
Mathem. Prof. Publ.

Seneca Epistolarum Lib. I. Epist. XCIX.

Cui nasci contigit, mori restat. Intervallis distingvimur, exitu æquamur.

IN Orbe donec vivimus, distingvimur
Brevis per intervalla tantùm temporis:
Æqvamur omnes exitu planè pari.
Seu dignitate corporis præcellere;
Seu stirpe gloriaque Majorum, sive
Animi bonis florere; seu Reipublicæ
Prodesse cuiqvam contigit. Restat tamen
Nil quàm mori, quòd hausit auras ætheris.
Quid ergo mirum, nunc quòd HUBNE-
RUS quoque
Cœlestibus defunctus auris sit velut
Nostri Patres? Dolendus est casus VIRI
Magni! salus Patriæ stetit quô Præside,
Qui ferre Leges civibus novit suis,
Et fecit, ut latæ valerent jugiter.
Mométa qui expéditScholæ dexterrimus
Nec fœda passus est triumphare scelera,
Urgendo Musarum labores utiles,
Curisq; sudatis ferendo præmia.
Hinc plorat emeritū VIRUM tota Patria,
Palladis & aula mortuum dolet Caput,
Deum precans, ut Curiæ Decora diu
Vigere, rēq; publicā regere sinat.

mœrens scr. M. Martinus Bertlessius
Prof. Publ. & Visit.

SIc iterum fato nobis lugemus ad emptum
Eloqviô insignem judicioque Senem
Scilicet HUBNERUM, titulis & honoribus auctum,
Heu! mors exanimem pallida stravit humi.
Hic quindena Patrum Patriæ jam funera vidi,
Quæ duxi ad tumulos in statione mea.
Sic est occasum Solis sive adspicis ortum
Nemo fatorum ferrea jura fugit.
Tu vitæ, VIR MAGNE satur super ardua cæli
Nunc agis & fluxas despicis Orbis opes.

Condol. scripf.
Georgius Lehmannus
Gymn. Coll.

IHr Augen weint! und lasset Trähnen-Bäche quellen/
Weil nunmehr schleust Herr Hübener die Augen zu;
Ein Hohes Haupt/ so allzeit Fried und sichre Ruh
Dem Liebsten Thorn Sich höchst bemühte darzustellen.
Sein Grosser Witz und sein recht ungemeines Wissen
War bloß allein auff Unser Thorner Heyl bedacht;
Doch jetzo hat des blassen Todes starcke Macht
Diß Edle Haupt Uns Leyder! gar zu Früh entrissen.
Beseuffze drum/ O wehrtes Thorn; mit bittern Zähren/
Den Grossen Riß und eines solchen Vaters Todt;
Ja fleh zu Gott bey dieser zu gestossnen Noth/
Daß Er uns woll Dergleichen wiederumb gewehren.
Du aber ruh/ O Edles Haupt! im Schooß der Erden/
In aller still; Dein hoher Geist schwing sich empor/
Ins Sternen Zelt und aller Außerwehlten Chor/
Da solstu stets von deinem Gott ergötzet werden.

Dieses schrieb auß schuldigster Pflicht
Gottfriedt Langner/
C. & C. G.

DElicium Phœbi, Musarum fama decusque,
Heu! rapitur mortis concutiturque jugô!
Curia Te luget, sacri plorantque Penates,
HUBNERE, ô nostræ gloria summa Scholæ!

Plan-

Inv. 113111
K pol 3 adl 122